

INTROIT Philipp. 2, 10-11

In nómine Jesu omne genu fléctitur, coeléstium, terréstrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris. (Ps. 5, 12-13) Gloriabúntur in te omnes, qui díligunt nomen tuum: quóniam tu benedices justo. v. Glória Patri et Fílio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. In nómine Jesu omne genu fléctitur, coeléstium, terréstrium et infernórum: et omnis lingua confiteátur, quia Dóminus Jesus Christus in glória est Dei Patris.

COLLECT

Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídío militántem Ecclesiám roborásti: concéde; ut, ejus auxilió et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in coelis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

EPISTLE 2 Tim. 2: 8-10; 3: 10-12

Caríssime: Memor esto, Dóminum Jesum Christum resurrexísse a mórtuis ex sémíne David, secúndum Evangélium meum, in quo labóro usque ad víncula, quasi male óperans: sed verbum Dei non est alligátum. Ideo ómnia destíneo propter eléctos, ut et ipsi salútem consequántur, quæ est in Christo Jesu, cum glória cælésti. Tu autem assecútus es meam doctrínam, institutióem, propósitum, fidem, longanimitátem, dilectiõem, paciéntiam, persecutiões, passiões: quália mihi facta sunt Antiochiæ, Iconii et Lystris: quales perseditiões sustínui, et ex ómnibus erípuit me Dóminus. Et omnes, qui pie volunt vívere in Christo Jesu, persecutiõem patiéntur.

GRADUAL Ps. 91: 13-14

Justus ut palma florébit: sicut cedrus Líbani multiplicábitur in domo Dómini. v. Ps. 91:3 Ad annuntiándum mane misericórdiam tuam, et veritátem tuam per noctem.

LESSER ALLELUIA James 1: 12

Allelúja, allelúja. v.. Beátus vir, qui suffert tentatiõem: quóniam, cum probátus fuerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja.

GOSPEL Luke 10: 1-9

In illo témpore: Designávit Dóminus et álíos septuagínta duos: et misit illos civitátem et locum, quo erat ipse ventúrus. Et dicébat illis: Messis quidem multa, operárii autem pauci. Rogáte ergo Dóminum messis, ut mittat operários in messem suam. Ite: ecce, ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolíte portare sæculum neque peram neque calceaménta; et néminem per viam salutavéritis. In quamcúmque domum intravéritis, primum dícite: Pax huic dómui: et si ibi fúerit fílius pacis, requiescet super illum pax vestra: sin autem, ad vos revertátur. In eadém autem domo manéte, edéntes et bibéntes quæ apud illos sunt: dignus est enim operárius mercéde sua. Nolíte transíre de domo in domum. Et in quamcúmque civitátem intravéritis, et suscéperint vos, manducáte quæ apponéntur vobis: et curáte infirmos, qui in illa sunt, et dícite illis: Appropinquávit in vos regnum Dei.

OFFERTORY Ps. 88, 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu ejus.

SECRET

Adsint, Dómine Deus, oblatiõibus nostris sancti Ignátii benígna suffrágia: ut sacrosáncta mystéria, in quibus omnis sanctitátis fontem constituísti, nos quoque in veritáte sanctíficet. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

COMMUNION Luke 12: 49

Ignem veni mittere in terram: et quid volo, nisi ut accendátur?

POSTCOMMUNION

Laudis hóstia, Dómine, quam pro sancto Ignátio grátias agentes obtúlimus: ad perpétuam nos majestátis tuæ laudatiõem, ejus intercessiõe, pérducat. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

In the name of Jesus let every knee bow, of things in Heaven, on earth, and under the earth: and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father. (Ps. 5: 12, 13) All they that love Thy name shall glory in Thee: for Thou wilt bless the just. v. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen. In the name of Jesus let every knee bow, of things in Heaven, on earth, and under the earth: and let every tongue confess that the Lord Jesus Christ is in the glory of God the Father.

God, Who, to spread abroad the greater glory of Thy name, didst, through blessed Ignatius, strengthen the Church militant with a new reinforcement, grant that we, who are fighting on earth by his help and after his example, may deserve to be crowned with him in Heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Dearly beloved, be mindful that the Lord Jesus Christ is risen again from the dead, of the seed of David, according to my gospel. Wherein I labor even unto bands, as an evil-doer: but the word of God is not bound. Therefore I endure all things for the sake of the elect, that they may also obtain the salvation, which is in Christ Jesus, with Heavenly glory. But thou hast fully known my doctrine, manner of life, purpose, faith, long-suffering, love patience persecutions, afflictions, such as came upon me at Antioch, at Iconium, and at Lystra; what persecutions I endured and out of them all the Lord delivered me. And all that will live godly in Jesus Christ shall suffer persecution.

The just shall flourish like the palm-tree; he shall grow up like the cedar of Libanus in the house of the Lord. V. To show forth Thy mercy in the morning and Thy truth in the night.

Alleluia, alleluia. v. Blessed is the man that endureth temptation; for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia.

At that time, The Lord appointed also other seventy-two; and He sent them two and two before His face into every city and place whither He Himself was to come. And He said to them, The harvest indeed is great, but the laborers are few: pray ye therefore the Lord of the harvest, that He send laborers into His harvest. Go, behold I send you as lambs among wolves. Carry neither purse, nor scrip, nor shoes; and salute no man by the way. Into whatsoever house you enter, first say, Peace be to this house: and if the son of peace be there, your peace shall rest upon him: but if not, it shall return to you. And in the same house remain, eating and drinking such things as they have: for the laborer is worthy of his hire. Remove not from house to house. And into what city soever you enter, and they receive you, eat such things as are set before you; and heal the sick that are therein; and say to them, The kingdom of God is come nigh unto you.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted.

May the kind intercessions of St. Ignatius be with our offerings, O Lord God, that the most holy mysteries, in which Thou hast established the fountain of all sanctity, may in very truth sanctify us likewise. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

I am come to send fire upon the earth, and what will I but that it be enkindled?

May the sacrifice of praise, O Lord, which with thanksgiving we have offered Thee, in honor of St. Ignatius, bring us, by his intercession, to the everlasting praise of Thy majesty. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.